UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Redemptoris DCC.XIV. perducitur vsq[ue] ad Annum DCCC.XLII. quo & orta hoc sæculo in Oriente, debellata est penitus Iconoclastia; vt planè qui Tomum hunc Panopliam dixerit aduersus impios Iconoclastas, veritatis scopum attinget, Continet annos C.XXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 840. Gregorii Pap. IV. Annus 13. Lvdovici 27. Theoph. 11. Imp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15233

Visual Library

in Euangelio sermo testatur, dit enim Saluator ipse: [a] Quod expediat scandalizantis de possibilitate in mari profundo demergi, & cetera quæ ad hunc sensum pertinent: à quibus nõ sacerdotes, sed & omnes Christiani se cauere omnino debent. quoniam sacerdotes qui throni Dei vocantur, quieti ab omnibus perturbationibus esse debent. Nec ab re ipse Saluator [b] vendentes columbas, & nummulariorum mensas propriis flagellis euertit & proiecit è templo: vnde liquet, summos sacerdotes ipsum expectare iudicium. Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quod alibi quoq; [c] Deus stetit in synagoga eorum, in medio autem deos discernit: & reliqua talia quæ in suis inueniuntur auctoribus.

Illos ergo qui non sperulatores esse volunt excusare non possumus, fratres quos tueri & adiuuare pro viribus debemus, in probis & sedati contagione permittamus. Vnde hortamur dilectionem vestram, obtestamur & monemus, vt quã debetis & potestis sollicitudine, super his vigileris: quia in speculæ esse debetis, ne qua insultantium prorumpat audacia. Illi ergo pro viribus resistat, quia nefas est pro gregis ouibus, patres fratres, quorum afflictione, quæ ipsorum sunt nostra, nos quoque conuenit macerari, cruciari, iuxta Domini Saluatoris vocem ferre, qui ait: [d] Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Quamquam in eos hæc beatitudo promissa, [e] qui iniuriæ probantur persecutionem propter iustitiã sustinere. Quibus quid promittat ipse Saluator in futurum, sequens sermo docebat. Intelligamus hæc ipsa vobis quæ nobis non placent, dissimilare. Quod ita demum probare poterimus, si quibus maxime porrigimur, vos nobis porrigatis, vt cui & vos manum porrigetis, vobis nos porrigamus: quia non aliter vnus gregis & vnus pastor sumus, nisi quemadmodum Apostolus docet, dicens, Idipsum dicatis omnes, non sint in vobis scismata, perfecti autem in eodem sensu & in eadem sententia. Deus vos incolumes memores nostri custodiat, fratres carissimi. Bacchanus Gregorij epistola de Rom. Pontificis auctoritate, qua claudimus annum.

a Matt. 9.
b Matt. 21
c Psal. 81.
d Matt. 16
e Matt. 5.

IESV CHRISTI
Annus 840.

GREGORII PAP. IV. Annus 13. LVDOVICI 27. THEOPH. 11. IMP.

I. QVADRAGESIMVS supra octingentesimum incipit annus tertiã Indictione signatus, quo Ludouicus Imp. duodecimo Kalend. Iulij ex hac vita migrauit. Sed quæ ista præcessere, ex eius domestico, qui eius rer gestas scribebat, dicenda sunt. Ludouicus enim Rex ipsius Ludouici Imperatoris filius, qui anno superiori aduersus patrem pararat exercitum, licet maiori vi armorum oppressus, cum humili conuenienti obsequio veniam petiit & impetrauit: rursum memoriã præteritorum, quod cũ ipse patrem ex Imperio deturbatum & custodiæ mancipatum vendicasset in libertatem, & in Imperium reuocasset: tamen quod in diuisione Regnorum, nullã horum habità ratione, Carolus à patre fuisset ipso præpositus ex alia coniuge genitus, inter fratres natu minimus, ipse autem de parente adeò bene meritus in officio se postpositus, cũ hæc indigesta adhuc detinerentur in stomacho, bile succensã, rursus multã febre phreneticus ad arma conuersus Alamannum adoritur. Ad quem comprimendum cũ intempestiue ipse Ludouicus Imp. profectus esset ex incommodis sibi morbum, & ex morbo mortem parouit, vt idem qui supra auctor rem gestam accuratissime prosecutus dicit, his verbis:

LVDOVICVS REX RVRSVS EXCITATVR AD PROELIVM.

II. Hæc eo agente, Natalis Domini festuitas redijt, eamdemq; solemnitatem Pictauis, cum debito & solito honore Ludouicus Imperator celebrauit. Ibidemq; morans, & quæ vbique posidebat disponens, nuntius illi adiuenit, dicens Ludouicum filium suum, assumpta quibusdam Saxonibus atque Thuringis secum, Alamannum ceuisse. Quæ res quæ mum incommodum ei peperit. Etenim cum iam senili ætate grauaretur, & phlegmatis abundantia, quæ hiemis augmentatur vltrà solitum polmo eius grauaretur, pellitusq; quatereturr: accessit etiam hic tristis nuntius, cuius velut dicti effectus est amaritudine, quamuis esset penè vltrà humanam modum natura à metu mortis, fortitudine magnanimus pertaesus, vt in apostema pituita extrepitum dari cœperet, & iam vitalia vlcus lethale contrahere: tamen tantum animum, dum turbarit alipotè Ecclesiam Dei, populumq; Christianum vexari comperit, nec fastidio cessit, nec dolori se illi succubuit.

III. QVADRAGESIMVS QVO MODO TRANSIGI SOLITVM.

Sed postquam sublimis Quadragesimæ diebus cum vxore & filio Carolo tuebatur, aduersus hanc tempestatem sedandam se obicem tulit. Et qui solum erat hac tempore Psalmorum decantatione, orationum instantiã, Missarum celebratione, eleemosynarum liberalitate cum summa deuotione totum solemne reddere, ita vt vix vno aut duobus diebus propter extremitatem anni equitationi indulgeret: nunc propter discordiam sugandam pacemq; reuocandam nullum diem habere feriatum voluit; passus enim boni exemplum sequens, pro vilitate gregis sibi conuenis, non fugiebat etiam proprij corporis iejunia ferre. Vnde non ambigendum est, eu reddituro præmium, quod ita laboribus se dauturum promisit maximus Pater, princeps pastorum.

Cum maxima igitur fatigatione, impugnationibus valentiam ipsius premisis casibus, peruenit immanente sacratissimã Paschalis solemnitate * Aquisgranis; ibiq; eam cum solita deuotione celebrauit. Quã explicata, conpum negocium accelerauit ipse. Nam Rhenum transuenato, Thuringiam continuato itinere penetrauit, vbi Ludouicum morari per id tempus didicit. In qua cum conscientia morari non poterat, vtpote tam patre propinquante, rebus etiam diffideret, salutem in fuga præsidio posuit. Redempto enim itinere per Sclauorum terram in propria redijt. Quo illo redeunte Imperator generalem conuentum in vrbe Vangionũ, quæ nunc Vormatia dicitur, longe agari præcepit. Et quia res Ludouici tabescere habebant, Carolus autem filius eius cum matre in Aquitania versabatur: Imperator ad filium suum Lotharium in Italiam misit, vbenus vt eidem placito interesset, quatenus cum eo de his re deliberaret.

IV. * Aquisgranum EXPEDITIO IN LVDOVIC.

Quo in tempore deliquium solis contigit tertiã die Iuniã mensis insolito modo: in tantum enim lucis recessit tenebræ praualuerunt, vt nihil à nullo veritate differre videretur. Stellarum namq; ratus ordo ita cernebatur, vt nullum sidus lucis solaris habetudinem pateretur, quamquam luna qua se ei aduersam præbuerat, paulatim Orientem petendo, primum cornicularum illi tumen à parte Occidentali refitueret in mare cum sui, quando prima vel secunda cernitur. & sic per augmenta totam venustatem totaq; solis recuperat. Quod prodigium licet natura adscribatur, tamen lumen abili exitu consummatum est. Portendebatur in per hac maximum illud lumen mortalia, quod in domo Dei super candelabrum positum omnibus lucebat, passima recordatione Imperatoris dico, maximæ rebus humanis subtrahendã, nundumq; eius discessu in tenebris tribulationis relinquendum.

V. SOLIS DELIQVIVM ANTE OBITVM LVD.

Cepit ergo fastidia tabescere & nauseantes stomacho, ad cibi potumq; intendere, crebra sospiria vrgere, singultibus quatiebatur per hoc vehiter destitui. Natura enim sua defecta comitiam regere est vt vita satisfiat. Quod cernens, insta parari sibi habitacula, ostiua atque expeditionalia in insula quadam contigua. Iumentorum cinctatu: ibiq; vrbibus deserturus, lectulo sese conuertit. Porrò quã explicet eius pro Ecclesiæ statu solicitudinem, vel pro eius concessione mœrorem? Quis enarrare lachrymarum flumina quæ pro accelerationis diuinæ clementiæ fundebat? Non enim se recessurum dolebat, sed quod futurũ noscerat, gemebat, dicens se miserum, cuius extrema claudentur talibus * inferijs.

LVDOVICVS AGROTAT.

* miseriis

Adeerant autem eius consolationi venerabiles Antistites, & alij serui Dei quamplurimi, inter quos erat Hetbius venerabilis Treuirorũ Archiepiscopus, Otbertus Moguntiæ similiter Archiepiscopus, sed & Drogo frater domini Imperatoris Metensis Episcopus, necnon sacri palatij Archicapellanus: quẽ quantò sibi propinquiorẽ noscerat, tantò ei familiarius sua omnia & semet credebat. Per eundem quotidie confessionis nomen, sacrificium spiritus contribulati, & cordis humiliati, quod Deus non despicit, immolauit Corpus, Sanguinem eo institiam Dei & dicente: Iustus es Domine: et quia Quadragesimæ tempus non ieiunans exegi, saltem cœlestis idem ieiunium tibi exoluam.

VI. LVDOVICVS QVOTIDIE PECCATA CVNFESSVS COMMVNICAT.

Insta autem venerabili fratri suo Drogoni, vt ministros cauere sua ante se venire faceret, & rem familiarem, quæ constabat ex ornamentis regalibus, scilicet coronã & armis varijs, libris, sacrisq; stuffis, vestibus per singula scribi iuberet. Cui prouè sibi fuit, quod Ecclesiæ, quæ pauperibus postremo quid filijs elargi deberet, edixerat, Lothario & Carolo scilicet. Et Lothario

DISTRIBVIT THESAVRVM LVDOVICVS.

quidem coronam & ensem, * vulgo auro, gemmisq; redimitum coronare habendum non sit, vt fidem Carolo & Iudith seruarit, & totam Regni portionem illi consentiret, & tueretur, quam Deo teste & proceribus palatij ille secum & ante se largitus ei fuerat. Hæc ita peractis, Deo gratias egit, quod nihil superesse propinquum agnouit.

VII. Inter hæc tam venerabilis Antistes Drogo, quàm ceteri pontifices, dum in conclaui quæ agebantur, Deo gratias persoluerent, vtpote quia videbant, quòd eum, quem eborum virtutum semper comitatus fuerat, nunc per seuerionia subsequens quæ cuncta bestia totum eius vita sacrificium Deo prorsus acceptum reddebat: vnicuique quo gaudium eorum obfuscabatur. Verebantur enim ne forsè filio Ludouico implacabilis esset vellet, scientes quod vulnus frequenter incisum, aut cauterio adustum, acerbiorem dolorem sustinenti propagaret: ipse tamen de eius inuicta patientia, quâ semper vsus est, per Drogonem fratrem eius, cui ne verba seruere nolebat, animum eius leuiter pulsant. Qui primùm quidem amaritudinem sui anhelitus demonstrabat, at verò paruiper deliberans, & vt ipse quantul sicumq; collectus enumerare conabatur, quot & quantis incommodis ab eo afflictus sit, & quid contra naturam & Domini præceptum taba agendo commeuerit. Sed quia ipse, inquit, ad me venire satis fallitus nequit: Ego quod meum est ago, vobis testibus & Deo, omnia quæ in me peccauit, illi remitto. Vestri autem erit illum monere, vt ego illi totiens perperam gesta indulserim, ille tamen sui non obliuiscatur, qui cunctos paternos deducis cum dolore ad mortem, & in talibus communis Patris Dei præcepta, minimq; contempsit.

LVDOVICO FILIO VENIAM DAT.

VIII. Hæc peractis, & dictis (erat enim vesperae sabbati) præcepit, vt ante se celebrarentur vigilia nocturna, & ligno sancta Crucis pectus summum munierentur. Et quamdiu valebat, manu propriâ tam frontem quàm pectus eodem signaculo signabat. Si quando lassabatur, per manus fratris sui Drogonis nutu id fieri poscebat. Manisit ergo totâ illâ nocte omnino virtutis corpore inops, solum sobrietatis animi compos. In crastinum (quæ erat Dominica) insiti ministerium altaris præparari, & per officium Drogonis Missarum solemnia celebrari, necnon per manus eius, iuxta morem communionem sacram sibi dari, & post hæc cuiusdam potunculæ calidula haustam præberi. Quo per paululum prælibato, precatus est fratrem & simul adstantes, vt curandis corporibus operam darent, se tamdiu præstolaturum, quamdiu illi refici possent.

SACRIS VIGILIIS ET LIGNO S. CRVCIS SVVM EXITVM MVNIT LVDOVICVS

IX. Instante autem eius migrationis articulo, iuncta pollice cum articulo (hoc enim facere consueuerat si quando fratrem nuncupabat) Drogonem accersiuit. Quo veniente & reliquis sacerdotibus, verbis quibus potuit, & nutibus se commendans, benedicpetiuit, & quæ solent agi in egressu animæ fieri postulauit. Quibus id agentibus (sicut plures mihi retulerunt) conuersa à facie in sinistram partem, indignando quodammodo, virtute quantâ potuit, dixit bis Huz, Huz, quod significat, Foras, Foras. Vnde patet, quia malignum spiritum vidit, cuius societatem nec vnus nec moriens habere voluit. At verò elatis ad cœlum oculis quanto huc minatius intuebatur, tanto illuc latius intendebat, ita vt nihil à ridente differre videretur.

FVGAT DÆMONEM LVD

In talibus ergo vitæ præsentis terminum sortitus, ad requiem feliciter credimus, commigrauit; quia verè dictum est à veraci doctore: Non potest malè mori qui bene vixerit. Decessit autem duodecimo Kalendas Iulij, anno vitæ suæ sexagesimoquarto. Et Aquitaniæ quidem præfuit per annos triginta septem, imperauit verò viginti septem. addit & menses sex Nithardus in fine libri primi pergit auctor.

OBITVS LVDOVICI IMP.

X. Animâ porro recedente, Drogo frater eius & Episcopus Metensis cum alijs Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Vassis Dominicis, plurimâq; frequentia tam cleri quàm populi sumptis Imperatoris reliquijs cum magno honore Metis transportari eas fecit, & in basilica S. Arnulphi, in qua & mater eius condita est, nobiliter sepeliuit. Hactenus auctor de obitu Ludouici Imp. quem hoc anno Redemptoris quadragesimo supra octingentesimũ contigisse liquet, numerãdo siue à natali ipsius annos, siue ab auspicatione Regni pariter & imperij. Ex quib. redarguas, qui eidẽ auctori perperã partiendo singulos annos, ipsum defunctũ ponit post biennũ anno videl. Redemptoris octingentesimo quadragesimo secundo, cùm tamẽ Ado & alij antiquiores omnes, & recẽtiores hoc ipso anno cũ defunctũ affirment. Sed reddamus hic Epitaphiũ tumulo sepulchro eius scriptũ, licet longè impar tãto Imperatori

imperij fulmen, Francorum tuba bellicosa
Excitui à sæculo, conditur hoc tumulo.
Rex Ludouicus pietate tantus animo,
Quod Pius à populo dicitur & titulo.
Hildegardi sobolet, Caroli Magni pia proles,
In pacis metas colligit hunc portus.
Rumelocum villam, quidq; referto ad illam
Arnulphi sancti coniuli huius loco.
Stirps à quo procerum Regumq; vel Imperatorum,
Quo cum muneribus fictum, hinc, iscis.

Successit autem Lotharius in Imperium, qui adeò fratres Monarchiæ cupidus bella mouit, de quibus hoc temporis scriptores consulas, nempe Nithardum qui aderat, & Anonymum qui scripsit temporis huius Annales. II.

Hic non prætermittendus, quæ Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis in libello de translatione sancti Remigij scripsit de his, quæ mirandæ terribilia à diuo Ludouico Imp. & post eius obitũ acciderunt, ad commodo faciendum alios, qui ipsdem tenerentur delictis. Quæ igitur suo tempore contigerunt, ita describit: Tempore Ludouici Imperatoris duo fratres Franci fundaũt eum monasterium partem de sua, quam in saltu Vosagi (vt supra ostendimus) sancti Remigium in vita sua pretio comparauerat intra fines eiusdem Remigium in vita sua pretio comparauerat intra fines eiusdem dicentes quod plus pertineret ipsa sua ad Sancti Imperatoris, quàm ad partem S. Remigij. Contradicentibus autem hominibus de potestate Rhemensis Ecclesiæ: vnus eorum alterius tota apertos suos, quos in eamdem silvam ad pastinum misserat, mortuos lupum inuenit, quem ascendens in equum velocem ad ipsum cursum. Et volens eum percutere, equus expauescente, cecidit equus ad vnum fustem de ipsa silua, ita vt cerebrum illius interamfluxerit, & mortuus est. Frater verò eius velocis è propinquo in partem alteram peruenit ad quandam petram & dixit: Cognoscat notum sit, quia vsq; ad hanc petram ista ipsa silua Imperatoris. Et cum percutiret eandem petram dolabra quam in manu portabat, exiluerunt ab illa particulæ in oculis eius, & excæcatus est, & ambo receperunt mercedem præsumptionis & audacitatis suæ.

XI.

Quidam vir nobilis de territorio Nouiomensi, alterius religiosi beatæ Remigij, Oratorium in eius honorem in proprietate sua fecerat: vbi Deus ipse multas virtutes per merita ipsius Sancti ostendit. Cum autem defuncto Ludouico Imperatore Aquitanorum à nobilitate obsq; regio Principe, præter consuetudinem referre & maximè pugnare, & per eius quos pro illo habebant, aperuit: Pauperes homines sed stultissimos suis in Ecclesiis ipsum reuestiuerunt. Vnde confisi opinione virtutum, quæ de illo audiebant, ad solaudam suam in eodem Oratorio qui cumque patiebant, certam reposuerant. Audientes autem prædicti eiusdem Oratorium plurimorum operibus vexatum; aggressi sunt eum diripere. Quorum vnus obseratum ostium pede percussit, vt seram effregerit, & sic eamdem ostium pes eius adhæsit, & resupinus præsumptor interamcecidit. Quod vt dentes alij. auferunt. Ipse autem nolens manu cogente cum maximo cruciatu capit cultrum suum, & cum lachrymis amarissimis profitetur, quod si Deo per merita S. Remigij pedem illum ab ipsa compede solueret, nunquam vltra ad ipsa, vel de alia Ecclesia quæ quam tolleret, veniret (quantum in ipso esset) vllo modo consentiret. Cabalum quoq; suum cum sella & alia quæ potuit, in eamdem Ecclesiam offerens donauit. Et post confessionem & lachrymas atque professionem & votum, pedem eius ab ostio eum inhærebat, ipse solatus, vnuntamen pedem ipsius aridus pede claudus remansit, vsque dum compatriotæ eum de fenore, post diutinum labor eius mortuus fuit. Hæc dicit, quæ hoc tempore contigerunt, Hincmarus eiusdem Rhemensis Ecclesiæ Archiepiscopus magnæ auctoritatis, rebusque temporum scriptis omni fide prosequutus. XII.

Hoc eodem anno, qui à Leone Ostiensis tertio numeratur Bassacij Abbatis monasterij Cassinatis, transmeratur Bassacij Abbatis monasterij Cassinatis, transmeratur ex Lipari ponit corpus S. Bartholomæi Apostoli ex Lipari in tum ponit corpus S. Bartholomæi Apostoli ex Lipari in sula Beneuentum, sub Sicardo Principe Beneuentano, vbi sula Beneuentum, sub Sicardo Principe Beneuentano, vbi quo suprà Sigebertus in Chronographia anno Redemptoris octingentesimo trigesimoprimo his verbis: Bartholomæus Apostolus inuentus, etiam Liparis insulam beneficiat, racem Siciliam inuentus, etiam Liparis insulam beneficiat, vbi corpus Bartholomæi Apostoli quiescebat, quod olim inde vbi corpus Bartholomæi Apostoli quiescebat, quod olim inde inhumatum in Mediterraneum à Pagano, tum fortuitum inhumatum in Mediterraneum à Pagano, tum fortuitum

Sed

illud propter nimiam sigvorum claritatem ab omnibus venerari, ab India usque ad hanc insulam vltrò delatum fuerat. Cum essa mode à Sarracenis hucusque dispersa, à quodam monacho, ipso revelante, collectà Benevento transferuntur. hæc ipse. Verum de translatione ex Indis in Liparim insulam, diuersa diuersorum est narratio. At de his modo satis.

IESV CHRISTI
Annus 841.

GREGORII PAP. IV. Annus 14. — LOTHARII I. IMP. THEOPH. 12.

I. DE ANTV THEOPHI LEIOP. S. JOAN. BICTI PLAGELLATIO.

CHRISTI annus sequitur octingentesimus quadragesimusprimus, Indictione quartâ notatus, quo ingrauescente in dies magis Theophili Imp. aduersus Orthodoxos persecutione in Oriente, sanctus ille admirandus Ioannichus, de quo sæpe superiùs, de reddenda quàm citò Ecclesiæ pace diuinum responsum accepit, quo consolatus est afflictos spes, iam desiderantes miseros Orthodoxos in rebus enim ab eo gestis sic ferè scriptis ita narrantur. *Cum enim ad Sanctum rursus venisset Eustratius præfectus monasterii Agauranum, quomiserere Dei & Ecclesiarum erant tunc nimiùm perturbatæ fluctibus: Quæsiq; dixit, res Ecclesiarum non redduntur Ecclesiis? Quæsiq; augebantur persecutorum, & immanes nos laceraba bestia? Ille verò: parum, inquit, sustine, & videbis, & intelliges Dei potentiam. Ecce enim quidem Methodius, qui tenebit eius clauum, & eum diuino spiritu gubernabit, qui tollet quidem diuisionem & dissensionem diuinitatis, decretis autem Eidem constituet Orthodoxam, & ad summam pacem & concordiam reducet seditionem, & eos qui restiterunt, dextera Domini subiugabit. Breui tempore interficiet & Theophilus quidem ex hac vita excedet.* initio nimirum anni sequentis, vt suo loco dicturi sumus.

II. DE PATRIARCHAM THEOPHI LVS PVTA EX PLORAT.

Sed quæ ex ea anu fatidica Theophilus ipse futurorum curiosus inuestigator acceperit, à Ioanne Curopalata ex deiectis sic accipe: *Theophilo autem studiosius de hu iusmodi rebus, quæ nam post se regnatori essent, quædam mulierculæ ex Agarenis captæ superstitiosi dolis, ingenio ad huiusmodi prædicendas idoneè paratæ, prestò fuit. Interrogauit igitur Imperator quæ voluit, & longam Imperatorum seriem qui deinceps futuri essent, insuit edicere. Hæc mulier sine dubio tamen instinctu sive dæmoniorum virtute concitata: Tum, inquit, Imperator, filium succedet cum matre sua, sed post hos Martinatorum genus Imperium diutius administrabit. Ille simul ac hæc verba audiuit, Martinacium, licèt filii dilectum detondendum & monachum instituendum curauit, eiusq; domum monachorum fecit hospitium: hoc solum dixit mulier illa, reliqua alia multa quoq; futura vaticinata est. Fore enim prouinciam vi & Ioannes patriarcha sede excederet, & venerande imagines debitum honorem assumerent, insequerentur. Quibus admodum dolens Theophilus, sæpenumerò Regnum hortabatur, & Deum Legislatorem Theodetum, & interciendo maximè formidabili obstringebat, ne post suum obitum Ioannem Patriarchatus dignitate abdicaret, neue idolorum (sic enim sacrosanctas imagines appellabat) cultum permitteret.* hæc & alia de alijs prædicta habet Curopalata. Sed hæc de diuinatione facta Theophilo, anno superiori contigisse, ex eodem auctore colligitur.

III. THEOPHILVS IMP. VINCITVR ET IN VITA DISCRIMEN ADDVCITVR.

Porrò annus iste, qui & vltimus eiusdem Imperatoris Theophili numeratur, eidem Imperatori perquàm molestissimus cessit: siquidem (vt idem tradit Curopalata) ducens exercitum aduersus Sarracenos, magnâ indignatione commotos ob expugnatam eorum ciuitatem Syriæ Sozopetram, & in paribus viribus cum eis decernere collatis signis necessitate coactus, posteriores referens, & in vitæ discrimen adductus circumuentus Persarum proditione: vix saluus fugâ lapsus euasit; sed nobiliores captiuos reliquit, qui & martyrium subiere vna cum cohorte quadraginta duorum Martyrum, quorum præcipui nominati sunt Theodorus Fortis, Theophilus, atque Boburzicius duces exercitus. Ista quomodo se habuerint, Ioannes Curopalata enarrat, & alij, qui post eum & ab ea descriptam sunt historiam prosecuti. Simulq; tunc à Saracenis factum durum & horrendum Amorij ciuitatis excidium: quibus cladibus Imperator animo consternatus, mœroreque confectus in morbum lethalem incidit quem dysenteriam vocant, quo sequentis anni principio (vt dicetur) vitam finiuit.

IV. BELLVM CIVILE INTER FRANCOS.

Hoc item anno ciuili bello flagrante Gallia, atq; Lothario aduersus Ludouicum & Carolum fratres agente, septimo Kalend. Iulij æriter inter eos diuicatum est: cessit tandem victoria fratribus Ludouico atq; Carolo: qui sæpiùs antè crebris legationib. redimere pacem frustrà laborantes, in ipsum rem dolis agentem, armis consere inuiti licet atq; nolentes compulsi sunt: tamdemq; factum est, vt iustitiæ comite, cruento tamen certamine, periurum germanum vicerint; quo vnico prœlio, reliqua Carolus sibi à patre Regnum firmiter stabiliuit. Hæc autem ab exordio quomodo gesta sint, qui interfuit cunctis rebus Nithardus Nobilissimus Francus Caroli Magni nepos ex Berta filia quàm fidelissimè scripsit [a], quem ociosus Lector consulere pro animi arbitrio poterit: nobis autem quæ ad religionem spectare noscuntur prœlium confecuta, ex eodem auctore hic describemus, quæ sic se habent [b] in commendationem Caroli pietatis, qua tunc patris legitimum se esse hæredem ostendit.

[a] Nithar. lib. 2.

[b] Nithar. lib. 3.

V.

Prælio quidem, inquit, vti præfatum est, strenuè peracto: quid de palantibus peragereturs, Ludouicus & Carolus, in eodem campo deliberare cœperunt. Et quidem irâ correpti, prosequi hostes suadebant. Quidam & maximè Reges, miscentes fratri, plebeij, & Ie iudicio Dei & hac plagâ repressi ab iniqua cupiditate resipiscerent, & Deo iuuante, deinceps vnanimes in vera iustitia deuenirent, pro vsu rebus, solito more, opitularent; in quo negocio Dei misericordiam, vt præfolaretur, suadebant. Quibus ceteri multando assentientes, à prælio & prædâ desisterunt, & sic mediante die ad castra redeunt, quid deinceps consultius actum iri videretur, deliberaturi. Fuit quidem ingens numerus prædæ, & ingens cædes, insuper admirabilis; immò & meritò admirabilis in sententiam Regum quàm vniuersorum. Nam diuersis vrtebatur diem Dominicum in hoc alterutros se deliberarunt, in quo se sic peractâ à omnes & inimicos, fideles & infideles pariter sepeliuerant adhibant; Plagâ correptos ac semianimes eodem modo pro viribus ex animo resonebant. Post hos qui fugâ euaserant, miserunt offerentes se venerâ fama fide vellet omnia delicta remittit.

VI. *Fuit CONCILIVM POST BELLVM PIVMVALDE.

*Post hæc Reges populoq; super * statu, populoq; Christiano deliberare cœperunt, Episcopos cœperunt, quid agere super hoc negocio deberent. Quamobrem vnanimes ad Concilium omnes Episcopos conuocauerunt. Inuentum, inconuentu publico est, quod pro sola iustitia & æquitate decertauerint, & hoc Deo iudicio manifestum effectum sit. At per hoc immunis omnis Dei minister in hoc negocio haberi tam sæpe quàm effector deberetur. At quicumq; conscium sibi, aut ira, aut odio, aut vanâ gloriâ, aut certè quolibet vitio quodnam in hac expeditione fuisset, vel gesta: esset verè confessus secrete, secreti delicti, & secundum modum culpæ diuulcarentur. Vt eruit autem in veneratione ac laude tanta deliberationis iustitia pro remissione delictorum suorum, in eo quod impersecti, peccatu interuenient, sibi se noueram, & in multa volentes nolentesq; delinquebant, vt suo adiutorio ab his exuti liberarentur. Insuper autem vti hactenus in iustitia adiutor & protector sibi Deus extitit, ita & deinceps vbique existeret; proq; his omnibus triduanus ieunij inuentum est: immoq; laborer ac celebre celebratum est.* hactenus de rebus abl. Episcopis in eo præsentaneo Concilio constitutis. Ducebant enim Francorum Reges in expeditione secũ complures Episcopos, quorum consilijs atque precibus iuuarentur.

VII. *Nocadiæ SVIS NVMERIS RELIQVIAS CAROLVS TRANSFERT.

Subdit autem post alia ista Nithardus: *Cumq; Suessonicam peteret vrbem Carolus, monachi de S. Medardo occurrunt ei, deprecantes, vt corpora sanctorum Medardi, Sebastiani, Tiburtij, Petri & Marcellini, Martha, Audifax, & Habacuc, Onesiri, Mercelini, & * Leadia, Mariam Pelagij & Mauri, Xoriam cum sex fratribus suis, Gildardi, Serem, & domni Remigij Rothomagorum Archiepiscopi in basilicam, vbi nunc quiescunt, & tam tunc maximæ ex parte ædificata erat, transferret. Quibus acquiescens, inibi remansit; & vt postulauerunt, & beatorum corpora propriis humeris cum omni veneratione transtulit. Insuper & villam, quæ Bernacha dicitur, rebus eiusdem Ecclesiæ addidit.* ista Nithardus.